



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 37. Wolffgangi Musculi Lutherani mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. dum agi cœptum, unde sat diuturna  
A.C. 1563. inter utrumque Regnum dissidia ex-  
 oriebantur.

## §. XXXVII.

*Thuan. l. 35.*

*Wolffgangi Musculi Lutherani mors.*

*Melch.  
 Arian vit.  
 Theol. Ger-  
 man. Surius  
 comm  
 Spond hoc  
 ann. n. 77.*

Inter Scriptores hoc anno mortuos  
 pauci reperiuntur, qui circa res Ec-  
 clesiasticas suos calamos exercuerunt,  
 nam ex his nonnisi quidam numerantur  
 hæretici, atque inter eos occurrunt  
 Wolfgangus Musculus, & Sebastianus  
 Castellion, quorum primus cujusdam  
 Doliarii filius Dufæ in Lotharingia pro-  
 pe Alsatix fines Anno Domini millesimo  
 quadringentesimo nonagesimo septimo  
 die octava Septembris natus est. Hic  
 Ordinem S. Benedicti in quodam Palati-  
 natus Monasterio ætatis suæ anno de-  
 cimo quinto ingressus ibidem usque ad  
 Annum a Christo nato millesimum quin-  
 gentesimum vigesimum septimum persti-  
 tit, in quo ad Prioratus officium electus  
 est: at Protestantium librorum lectio  
 ei Monasticæ vitæ tædium attulit, ideo  
 oblatam dignitatem respuit, abjecto-  
 que cucullo die vigesima septima De-  
 cembris Margaritham Bartam sibi ma-  
 trimonio sociavit. Postea Argentinam  
 aufugiens ad extremam paupertatem  
 redigebatur, unde Textoris opificium  
 addiscere coactus, uxorem suam, ut  
 in

in cujusdam Pastoris domo famulam  
 ageret, compulit, cum autem ille Tex-  
 tor, cui operam suam locabat, esset  
 Anabaptista, Musculus eidem hujus  
 sectæ iniquitatem tam acerbis verbis  
 exprobrabat, ut ab hoc suo opifice do-  
 mo ejiceretur: eapropter Musculus in  
 munienda Argentinensi urbe operarium  
 agere cogebatur, verum Martinus Bu-  
 cerus tam abjectam hujus Viri, qui eru-  
 ditione, ac ingenii acie clarebat, con-  
 ditionem miseratus, tantum effecit, ut  
 Musculus in Pago Dorlisheimensi Ludi-  
 magister eligèretur, postea autem Bu-  
 cerus eundem ad suas ædes accersens,  
 atque alimenta suppeditans, suos  
 libros transcribendos eidem committe-  
 bat: verum Argentinæ subsistens, cum  
 quondam Religiosum contra novos er-  
 rores in suo sermone declamantem ex-  
 ciperet, hunc Prædicatorem palam ob-  
 jurgans eundem e suggestu descendere  
 compulit, atque ipse ejus loco cathed-  
 ram conscendens doctrinam a Religioso  
 propolitam impugnavit, cum tanto po-  
 puli applausu, ut Lutheri affectu in ea-  
 dem urbe commorantes anno a partu  
 Virginis millesimo quingentesimo tri-  
 gesimo primo illum in suum Pastorem  
 nominari peterent: hoc itaque munere  
 auctus, as ferme octodecim annis fun-  
 ctus græcum idioma didicit, at cum  
 exiguo

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1563.

Sæcul. XVI. A.C. 1563. exiguo admodum progressu, imo nequidem melius latinam linguam calabat, quamvis quidam illum majori lingue hebraicæ peritia imbutum referant. Postea Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo ad Helvetios profectus, aliquamdiu Constantiæ, Basileæ, Tiguri, & apud Sangallenses hærebat, tandem vero Bernæ Theologiam tradere jussus ibidem hoc anno supra millesimum quingentesimo sexagesimo tertio annos natus sexaginta sex obiit.

## §. XXXVIII.

*Opera ab hoc Scriptore edita.*

**H**ic Vir erat in labore assiduus, atque in literis eruditus, pluraque opera typis vulgabat, inter quæ illius versiones ex Græco in latinum factæ unice propter integritatem, & styli simplicitatem commendantur: quia ea, quæ intellexerat æque, ac illa, quæ ingenio suo assequi non valuit, pro viribus suis exprimere studuit, nihilque Auctoribus, quorum opera transtulit, aut de suo addidit, aut ex illis refecuit. Hac ratione S. Chrystomi commentarios in Epistolas Divi Pauli ad Romanos, ad Ephesios, Philipenses, Colossenses, & Thesalonicensis vertebat, prout etiam aliqua ex S. Basilii operibus, atque ejusdem